

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Aliqvot // [Aliquot] Epistolæ Reverendi // Patris Piæ  
Memoriæ D. // Martini Lutheri quibusdam Theologis // ad  
Augustana comitia Anno 1530 scri//ptæ**

**Luther, Martin**

**[S.I.], 1549**

**VD16 L 3724**

Philippe Melanthoni Praeceptoris suo charisimo. S. S. Vitus Theodorus.

**urn:nbn:de:bsz:31-61767**

# PHILIPPO MELAN-

thoni Præceptoris suo charissimo.

S. D. VITI Theodorus.

N Escis mi Philippe quam ego de ualeitudine  
tua sim sollicitus, Teq; per Christum rogo  
ne Doctoris ad te literas otiosas esse putas.  
Non possum non satis mirari singularem hominis  
in his acerbiſimis temporibus constantiam, hilari-  
ratem, fidem, ſpem. Aſidue autem illa diligen-  
tiore uerbi Dei trahatione alit. Nullus abit dies,  
qui ut minimum tres horas, eafq; studijs aptiſimas  
in orationem ponat. Semel mihi contigit ut oran-  
tenz eum audirem, Bone Deus, quantus ſpiritus,  
quanta fides in iipſis uerbis inest. Tanta reuerentia  
aliquid petit, ut cum Deo, tanta ſpe & fide, ut  
cum patre & amico ſe loqui ſentiat. Scio (aiebat)  
te patrem & Deum noſtrum eſſe. Certus igitur  
ſum quod filiorum tuorum perſecutores ſis perdi-  
turus. Quod ſi non facies, tuum periculum cum  
noſtro eſt coniunctum. Tuum hoc negocium eſt  
totum, nos ad id coacti accessimus. Tu igitur de-  
ſeuſes. In haec fere uerba dum orantem clara uoce  
procul stans audirem, ardebat mihi quoq; animus  
ſingulari quodam impetu, cum ſic amicè ſic graui-  
ter ſic reuerenter cum Deo loqueretur, & inter  
orandum promiſſiones ex Psalmis ſic urgeret, ut

A ij qui

Oratio  
Lithpū  
plana m  
non ſp̄  
trialis o  
folij.

qui certus esset omnia, euentura esse quæ peteret,  
Non igitur dubito quin preces eius magnum mo-  
mentum ad desperatam hanc causam comitiorum  
sint allatura. Ego multum mali Salzburgensi illi  
Doðeg Edomitæ imprecor, quod sic te cruciauit.  
Doctor aiebat, si tuo loco fuisset sic responsurum  
esse. Wirdt ewer Beyser turbationem rei-  
publicæ nicht wollen leiden / So wirds  
vnser Beyser auch illam Blasphemiam nicht  
wollen leiden / Trotz nur getrost auff  
ewern Beyser/ so wollen wir auff vn/  
sern auch trozen / vnd sehen wer das  
feldt behelt. Et tu mi Praeceptor longe re-  
ctius faceres, si hac etiam in parte Doctorem no-  
strum imitarere. Neq; enim miseris curis & in-  
ertibus lachrymis quicquam aliud effeceris, quana-  
ut tibi & nobis omnibus, quibus salute tua nihil est  
utilius nec iucundius , tristissimum exitum pares.  
Ego diligenter pro te omnibusq; uobis quantum  
possum oro, Deus noster, cuius causa ab impijs ho-  
minibus damnatur , perdat gentes , quæ bella uo-  
lunt & eripiat nos miserum gregem suum ex cru-  
delis manu cædem & sanguinem nostrum quæren-  
te Amen. Iam mi preceptor uale in nostro Chri-  
sto fælicissime, & ignoscet huic Epistolæ, Scis enim  
meum erga te animum. uale rursum. Ex Eremo  
vostra. 30. Iulij. Anno. 1530.

Doctor